9. Turbæ autem, quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant, dicentes : Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis.

9. And the multitudes that went before, and that followed, cried, saying, Hosanna to the son of David : Blessed *is* he that cometh in the name of the Lord; Hosanna in the highest.

Jesus wept

Saint Luke — Chap. 19

ET ut appropinquavit, videns civitatem flevit super illam, dicens :

42. Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43. Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique,

44. Et ad terram prosternent te et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.

« *Jesus wept* ». J.-J. T.

AND when he was come near, he beheld the city, and wept over it,

42. Saying, If thou hadst known, even thou, at least in this thy day, the things *which belong* unto thy peace! but now they are hid from thine eyes.[1]

43. For the days shall come upon thee, that thine enemies shall cast a trench about thee, and compass thee round, and keep thee in on every side,

44. And shall lay thee even with the ground, and thy children within thee; and they shall not leave in thee one stone upon another; because thou knewest not the time of thy visitation.